

[13] In omni Gallia eorum hominum, qui aliquo sunt numero atque honore, genera sunt duo. Nam plebes paene servorum habetur loco, quae nihil audet per se, nullo adhibetur consilio. Plerique, cum aut aere alieno aut magnitudine tributorum aut iniuria potentiorum premuntur, sese in servitutem dicant nobilibus: in hos eadem omnia sunt iura, quae dominis in servos. Sed de his duobus generibus alterum est druidum, alterum equitum. Illi rebus divinis intersunt, sacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur: ad hos magnus adulescentium numerus disciplinae causa concurrit, magnoque hi sunt apud eos honore. Nam fere de omnibus controversiis publicis privatisque constituunt, et, si quod est admissum facinus, si caedes facta, si de hereditate, de finibus controversia est, idem decernunt, praemia poenasque constituunt; si qui aut privatus aut populus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. Haec poena apud eos est gravissima. Quibus ita est interdictum, hi numero impiorum ac sceleratorum habentur, his omnes decedunt, aditum sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque his potentibus ius redditur neque honos ullus communicatur. His autem omnibus druidibus praeest unus, qui summam inter eos habet auctoritatem. Hoc mortuo aut si qui ex reliquis excellit dignitate succedit, aut, si sunt plures pares, suffragio druidum, nonnumquam etiam armis de principatu contendunt. Hi certo anni tempore in finibus Carnutum, quae regio totius Galliae media habetur, considunt in loco consecrato. Huc omnes undique, qui controversias habent, conveniunt eorumque decretis iudiciisque parent. Disciplina in Britannia reperta atque inde in Galliam translata esse existimatur, et nunc, qui diligentius eam rem cognoscere volunt, plerumque illo discendi causa proficiscuntur.

aes, eris, n.	kov, měď, bronz, mince, peníze
alienus, a, um	nepříznivý, nevýhodný
aes alienum	cizí peníze = dluhy
dico, are, avi, atum	zasvětit se, zaslíbit se, odevzdat se
divinus, a, um	boží, božský, svatý
res divinae	bohoslužby
intersum, esse, fui, futurus	účastnit se, být přítomen
procuro, are, avi, atum	starat se, obstarávat
sacrificium, ii, n.	oběť
interpretor, ari, atus sum	vykládat, vysvětlovat
religio, onis, f.	náboženství
admitto, ere, misi, missum	připouštět, dopouštět, stihnout
facinus, oris, n.	čin, skutek, přečin, zložin
caedes, is, f.	vražda
hereditas, atis, f.	dědictví
decerno, ere, crevi, cretum	rozhodnout se, nařídit
sto, are, steti, status	dostát, dodržet
interdico, ere, dixi, dictum	zapovědět, zakázat
impius, a, um	bezbožný
sceleratus, a, um	zločinem poskvrněný
decedo, ere, cessi, cessum	odejít
aditus, us, m.	příchod, přístup, vchod
contagio, onis, f.	nákaza, styk
incommodus, a, um	nepříznivý, obtížný
communico, are, avi, atum	svěřit
succedo, ere, cessi, cessum	následovat, postupovat, nastoupit
excello, ere, - , -	vynikat, předčit, převyšovat
suffragium, ii, n.	hlasování, soud, hlas, shlasovací právo
par, paris	stejný, rovný
Carnutes, um, m.	Karnutové (mocný keltský národ)
consecratus, a, um	zasvěcený
consido, ere, sedi, -	zastavit se, usednout na soud, konat soud
huc	tam, sem, až sem, až tak daleko

undique
reperio, ire, repperi, repertum
inde
diligens, ntis
illo

odevšad, ze všech stran
vynalézt, vymyslet, objevit
odtud, od té doby
důkladný, pečlivý
tam

[14] Druides a bello abesse consuerunt neque tributa una cum reliquis pendunt; militiae vacationem omniumque rerum habent immunitatem. Tantis excitati praemiis et sua sponte multi in disciplinam conveniunt et a parentibus propinquisque mittuntur. Magnum ibi numerum versuum ediscere dicuntur. Itaque annos nonnulli vicenos in disciplina permanent. Neque fas esse existimant ea litteris mandare, cum in reliquis fere rebus, publicis privatisque rationibus Graecis litteris utantur. Id mihi duabus de causis instituisse videntur, quod neque in vulgum disciplinam efferri velint neque eos, qui discunt, litteris confisos minus memoriae studere: quod fere plerisque accidit, ut praesidio litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant. In primis hoc volunt persuadere, non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios, atque hoc maxime ad virtutem excitari putant metu mortis neglecto. Multa praeterea de sideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum immortalium vi ac potestate disputant et iuventuti tradunt.

consuesco, ere, suevi, -
una
pendo, ere, pependi, pensum
vacatio, onis, f.
im(n)munitas, atis, f.
propinqui, orum, m.
edisco, ere, edidici, -
versus, us, m.
viceni, ae, a
litteris mandare
cum
effero, ferre, extuli, elatum
defidus, a, um
perdisco, ere, didici, -
memoriam remittere
remitto, ere, misi, missum
imprimis
intereo, ire, ii, itum
neglego, ere, lexi, lectum
praeterea
sidus, eris, n.
disputo, are, avi, atum
iuventus, tis, m.

zvykat si, míti ve zvyku
zároveň
platit
osvobození, zproštění
osvobození od povinnosti, výsady
příbuzní
učit se nazpaměť
verš
po dvaceti
sepisovat, zaznačovat písemně
ačkoli
vynést, rozhlásit
odevzdáný, nakloněný, podrobený
důkladně se naučit nazpaměť
méně cvičit paměť
zmírňovat, povolovat
především
zanikat
nestarat se, nedbat
dále, mimo to, kromě toho, ostatně
souhvězdí, hvězda
bádat, zkoumat
mládež

[15] Alterum genus est equitum. Hi, cum est usus atque aliquod bellum incidit (quod fere ante Caesaris adventum quotannis accidere solebat, uti aut ipsi iniurias inferrent aut illatas propulsarent), omnes in bello versantur, atque eorum ut quisque est genere copiosus amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesque habet. Hanc unam gratiam potentiamque noverunt.

propulso, are, avi, atum
verso, are, avi, atum
vessor, ari, atus sum
quisque, quidque
amplus, a, um
ambactus, i, m.
cliens, ntis, m.

odrážet, odvracet
pohybovat, zmítat
účastnit se
každý, jeden každý
velký, prostorný
služebník
poddaný, chráněnec

[16] Natio est omnis Gallorum admodum dedita religionibus, atque ob eam causam, qui sunt adfecti gravioribus morbis quique in proeliis periculisque versantur, aut pro victimis homines immolant aut se immolaturos voent administrisque ad ea sacrificia druidibus utuntur, quod, pro vita hominis nisi hominis vita reddatur, non posse deorum immortalium numen placari arbitrantur, publiceque eiusdem generis habent instituta sacrificia. Alii immani magnitudine simulacra habent, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus compleunt; quibus succensis circumventi flamma examinantur homines. Supplicia eorum qui in furto aut in latrocinio aut aliqua noxia sint comprehensi gratiora dis immortalibus esse arbitrantur; sed, cum eius generis copia defecit, etiam ad innocentium supplicia descendunt.

admodum	nadmíru
religio, onis, f.	náboženství
dedo, ere, dedidi, deditum	oddat se, věnovat se
quisque, quidque	každý, jeden každý
vensor, ari, atus sum	zúčastňovat se, být účasten
immolo, are, avi, atum	obětovat
victina, ae, f.	obětní zvíře, oběť
voveo, ere, vovi, votum	slibovat, zaslibovat
administer, tri, m.	pomocník
numen, inis, n.	vůle
placo, are, avi, atum	usmířit
simulacrum, i, n.	socha (bohů), modla
immanis, e	obrovský, ohromný
contexo, ere, ui, textum	plést, spojovat, skládat se
vimen, inis, n.	prut, proutí
membrum, i, n.	část, úd
compleo, ere, evi, etum	naplnit, zaplnit
exanimo, are, avi, atum	zbavit života, usmrtit
circumvenio, ire, veni, ventum	svírat, ohrožovat, podvést, obstoupit
supplicium, ii, n.	trest, potrestání
furtum, i, n.	krádež
latrocinium, ii, n.	loupež, zákeřnictví
naxia, ae, f.	provinční
comprehendo, ere, prehendi, prehensum	zajmout, zatknot
gratus, a, um	milý, vitaný, žádaný, příjemný
descendo, ere, cendi, censem	přistoupit, sestoupit
innocens, ntis	neškodný, poctivý, řádný, nevinný

[17] Deum maxime Mercurium colunt. Huius sunt plurima simulacra: hunc omnium inventorem artium ferunt, hunc viarum atque itinerum ducem, hunc ad quaestus pecuniae mercaturasque habere vim maximam arbitrantur. Post hunc Apollinem et Martem et Iovem et Minervam. De his eandem fere, quam reliquae gentes, habent opinionem: Apollinem morbos depellere, Minervam operum atque artificiorum initia tradere, Iovem imperium caelestium tenere, Martem bella regere. Huic, cum proelio dimicare constituerunt, ea quae bello ceperint plerumque devovent: cum superaverunt, animalia capta immolant reliquasque res in unum locum conferunt. Multis in civitatibus harum rerum exstructos tumulos locis consecratis conspicari licet; neque saepe accidit, ut neglecta quispiam religione aut capta apud se occultare aut posita tollere auderet, gravissimumque ei rei supplicium cum cruciatu constitutum est.

simulacrum, i, n.	socha (bohů), modla
inventor, oris, m.	vynálezce
quaestus, us, m.	zisk, výtěžek
quaestus pecuniae	peněžitý zisk
mercatura, ae, f.	obchod, obchodování
opinio, onis, f.	pověst, myšlenka, představa
artificium, ii, n.	dovednost, řemeslo, umění

dimico, are, avi, atum	potýkat se, bojovat
devoveo, ere, vovi, votum	zaslibovat, věnovat
immolo, are, avi, atum	obětovat
extruo, ere, struxi, structum	nakupit, nastavět
tumulus, i, m.	pahorek, kopec
consecratus, a, um	zasvěcený
conspicor, ari, atus sum	spatřít, uzřít
neglego, ere, lexi, lectum	nestarat se, nedbat
quispiam, quidpiam	někdo, něco, kdokoli, cokoli, nějaký
tollo, ere, -, -	vzít pro sebe, sebrat, odebrat
occulto, are, avi, atum	skrývat, zatajit
cruciatus, us, m.	muka, trápení
supplicium, ii, n.	trest, potrestání, trest smrti

[18] Galli se omnes ab Dite patre prognatos praedicant idque ab druidibus proditum dicunt. Ob eam causam spatia omnis temporis non numero dierum sed noctium finiunt; dies natales et mensum et annorum initia sic observant ut noctem dies subsequatur. In reliquis vitae institutis hoc fere ab reliquis differunt, quod suos liberos, nisi cum adoleverunt, ut munus militiae sustinere possint, palam ad se adire non patiuntur filiumque puerili aetate in publico in conspectu patris adsistere turpe ducunt.

praedico, are, avi, atum	rozhlašovat, hlásat
prodeo, ire, ii, itum	vycházet, šířit se, postoupit
prognatus, a, um	zrozený, pocházející
spatium, ii, n.	vzdálenost, délka, prostor, čas
finio, ire, ivi, itum	určovat, vyměřovat, stanovit
natalis, e	narození se týkající
dies natalis	den narození, narozeniny
sic	tak
observo, are, avi, atum	dbát, zachovávat, počítat
fere	asi, přibližně, skoro
munus, eris, n.	povinnost, služba, dar
palam	veřejně
puerilis, e	dětský, mladistvý, chlapecký
assisto, ere, stiti, -	přistupovat, stát
duco, ere, duxi, ductum	mít za, domnívat se, pokládat, mínit
turpis, e	potupný, hanebný

[19] Viri, quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex suis bonis aestimatione facta cum dotibus communicant. Huius omnis pecuniae coniunctim ratio habetur fructusque servantur: uter eorum vita superarit, ad eum pars utriusque cum fructibus superiorum temporum pervenit. Viri in uxores, sicuti in liberos, vitae necisque habent potestatem; et cum paterfamiliae illustriore loco natus decessit, eius propinquoi conveniunt et, de morte si res in suspicionem venit, de uxoribus in servilem modum quaestionem habent et, si compertum est, igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt. Funera sunt pro cultu Gallorum magnifica et sumptuosa; omniaque quae vivis cordi fuisse arbitrantur in ignem inferunt, etiam animalia, ac paulo supra hanc memoriam servi et clientes, quos ab eis dilectos esse constabat, iustis funeribus confectis una cremabantur.

dos, dotis, f.	věno
aestimatio, onis, f.	odhad
communico, are, avi, atum	přidávat, spolčovat
bona, orum, m.	majetek
coniunctim	společně
ratio, onis, f.	účtování
fructus, us, m.	úrok
uter, utra, utrum	který
uterque, utraque, utrumque	oba, jeden i druhý
sicut(i)	jako

illustrius, a, um	urozený
decedo, ere, cessi, cессum	odejít
servilis, e	otrocký, s otrokem související
quaestio, onis, f.	vyšetřování
comperio, ire, ui, ertum	zjistit, dozvědět se, prokázat
t tormentum, i, n.	mučidlo
excrucio, are, avi, atum	mučit, trápit, trýznit
funus, eris, n.	pohřeb
sumptuosus, a, um	nákladný
cultus, us, m.	způsob života, vzdělávání
cor, cordis, n.	srdce
conficio, ere, feci, fectum	dokončit, vykonat
cliens, ntis, m.	poddaný, chráněnec

[20] Quae civitates commodius suam rem publicam administrare existimantur, habent legibus sanctum, si quis quid de re publica a finitimis rumore aut fama acceperit, uti ad magistratum deferat neve cum quo alio communicet, quod saepe homines temerarios atque imperitos falsis rumoribus terreri et ad facinus impelli et de summis rebus consilium capere cognitum est. Magistratus quae visa sunt occultant quaeque esse ex usu iudicaverunt multitudini produnt. De re publica nisi per concilium loqui non conceditur.

commode	pohodlně
administro, are, avi, atum	spravovat, řídit
sancio, ire, sanxi, sanctum	posvěcovat, potvrdit
rumor, oris, m.	pověst, hlas, zvěst, zpráva
neve	ani
communico, are, avi, atum	radit se, rokovat
temerarius, a, um	neodpovědný, zaslepený, nerozvážný
facinus, oris, n.	čin, skutek, přičin, zložin
occulto, are, avi, atum	skrývat, zatajit
quisque, quidque	každý, jeden každý
prodo, ere, prodidi, proditum	vydávat, připomínat
concedo, ere, cessi, cессум	dovolit, přípustit

[21] Germani multum ab hac consuetudine differunt. Nam neque druides habent, qui rebus divinis praesint, neque sacrificiis student. Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt et quorum aperte opibus iuvantur, Solem et Vulcanum et Lunam, reliquos ne fama quidem acceperunt. Vita omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistit: ab parvulis labori ac duritiae student. Qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem: hoc ali staturam, ali vires nervosque confirmari putant. Intra annum vero vicesimum feminae notitiam habuisse in turpissimis rebus; cuius rei nulla est occultatio, quod et promiscue in fluminibus perluuntur et pellibus aut parvis renonum tegimentis utuntur magna corporis parte nuda.

aperte	zjevně
venatio, onis, f.	lov, hon
duritia, ae, f.	otužování
impuberis, e	svobodný
statura, ae, f.	postava, vzrůst
nervus, i, m.	sval, síla, jádro, podstata, šlacha
intra	v, za, po, během nějaké doby
notitia, ae, f.	známost
vero	avšak, zvláště, vpravdě
turpis, e	potupný, hanebný
occultatio, onis, f.	zatajování, skrývání
promiscuus, a, um	společný, smíšený, nerozdílný
perluo, ere, lui, lutum	koupat se
pellis, is, f.	kožešina, kožich
rheno, rhenonis	kožešinový oděv, který zakrýval ramena a hrud'
tegimentum, i, n.	přikrývka, pokryvadlo, pokrývka
nudus, a, um	nahý, obnažený

[22] Agriculturae non student, maiorque pars eorum victus in lacte, caseo, carne consistit. Neque quisquam agri modum certum aut fines habet proprios; sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus cognitionibusque hominum, qui una coierunt, quantum et quo loco visum est agri attribuunt atque anno post alio transire cogunt. Eius rei multas adferunt causas: ne adsidua consuetudine capti studium belli gerendi agricultura commutent; ne latos fines parare studeant, potentioresque humiliores possessionibus expellant; ne accuratius ad frigora atque aestus vitandos aedificant; ne qua oriatur pecuniae cupiditas, qua ex re factiones dissensionesque nascuntur; ut animi aequitate plebem contineant, cum suas quiske opes cum potentissimis aequari videat.

victus, us, m.	život, živobytí, způsob života
caseus, i, m.	sýr
caro, carnis, f.	maso
modus, i, m.	výměra
proprius, a, um	vlastní, náležící někomu
cognatio, onis, f.	kmen
affero, ferre, tuli, latum	přispívat, způsobovat
commuto, are, avi, atum	vyměnit
studium belli gerendi agricultura commutare	vyměnit válčivost za rolnictví
paro, are, avi, atum	opatřovat
possesio, onis, f.	usedlost
humilis, e	nízký rodem, postavením
accuratus, a, um	důkladný, pečlivý, bedlivý
frigus, oris, n.	chlad, zima
aestus, us, m.	vedro, horko
pecunia, ae, f.	majetek, jmění, penize
factio, onis, f.	strana, spolek, rozkoly, různice
dissensio, onis, f.	roztržka, nesvornost, spor
contineo, ere, ui, -	udržet

[23] Civitatibus maxima laus est quam latissime circum se vastatis finibus solitudines habere. Hoc proprium virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere, neque quemquam prope audere consistere; simul hoc se fore tutiores arbitrantur repentinae incursionis timore sublato. Cum bellum civitas aut illa tum defendit aut infert, magistratus, qui ei bello praesint, ut vitae necisque habeant potestatem, diliguntur. In pace nullus est communis magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt controversiasque minuunt. Latrocinia nullam habent infamiam, quae extra fines cuiusque civitatis fiunt, atque ea iuventutis exercendae ac desidia minuendae causa fieri praedicant. Atque ubi quis ex principibus in concilio dixit se ducem fore, qui sequi velint, profiteantur, consurgunt ei qui et causam et hominem probant suumque auxilium pollicentur atque ab multitudine collaudantur: qui ex his secuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur, omniumque his rerum postea fides derogatur. Hospitem violare fas non putant; qui quacumque de causa ad eos venerunt, ab iniuria prohibent, sanctos habent, hisque omnium domus patent victusque communicatur.

proprium, i, n.	známka
consisto, ere, stiti, -	usadit se
simul	přítom, zároveň
sublatus, a, um	zmařený
tutus, a, um	bezpečný
repentinus, a, um	náhlý, nenadálý
incursio, onis, f.	vpád
ius dicere	konat soudy
minuo, ere, ui, utum	urovnávat
latrocinium, ii, n.	loupež, zákeřnictví
infamia, ae, f.	hanba
praedico, are, avi, atum	rozhlašovat, hlásat

disidia, ae, f.	zahálka
iuentus, tis, m.	mládež
profiteor, i, fessus sum	přiznávat, ohlašovat, přiklánět se
consurgo, ere, surrexi, surrectum	povstávat, zvedat se
probo, are, avi, atum	vážit si
collaudo, are, avi, atum	schvalovat, vychvalovat
sequor, qui, secutus sum	držet se někoho
desertor, oris, m.	zběh, uprchlík
proditor, oris, m.	zrádce
derogo, are, avi, atum	odnímat, ubírat
hospes, itis, m.	cizinec, pocestný, host
violo, are, avi, atum	ublížit, dopustit se násilí
sanctus, a, um	svatý, nedotknutelný, neporušený
communico, are, avi, atum	sdílet, doprát, dělit se o
victus, us, m.	pokrm, jídlo, život, živobytí, způsob života

[24] Ac fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute superarent, ultro bella inferrent, propter hominum multitudinem agrique inopiam trans Rhenum colonias mitterent. Itaque ea quae fertilissima Germaniae sunt loca circum Hercyniam silvam, quam Eratostheni et quibusdam Graecis fama notam esse video, quam illi Orcyniam appellant, Volcae Tectosages occupaverunt atque ibi consederunt; quae gens ad hoc tempus his sedibus sese continet summamque habet iustitiae et bellicae laudis opinionem. Nunc quod in eadem inopia, egestate, patientia qua Germani permanent, eodem victu et cultu corporis utuntur; Gallis autem provinciarum propinquitas et transmarinarum rerum notitia multa ad copiam atque usus largitur, paulatim adsuefacti superari multisque victi proeliis ne se quidem ipsi cum illis virtute comparant.

ultra	neočekávaně, sám, dobrovolně, od sebe
colonia, ae, f.	osada, osadníci
video, ere, vidi, visum	vidět, znát, vědět
contineo, ere, ui,-	zaujmít, ohraničovat, držet pohromadě
opinio, onis, f.	pověst, myšlenka, sláva
opinionem habere	být proslulý
egestas, atis, f.	nuznost, chudoba
largior, iri, itus sum	štědře rozdávat
paulatim	pomalu, ponenáhlu

[25] Huius Hercyniae silvae, quae supra demonstrata est, latitudo novem dierum iter expedito patet: non enim aliter finiri potest, neque mensuras itinerum neverunt. Oritur ab Helvetiorum et Nemetum et Rauracorum finibus rectaque fluminis Danubi regione pertinet ad fines Dacorum et Anartium; hinc se flectit sinistrorsus diversis ab flumine regionibus multarumque gentium fines propter magnitudinem adtingit; neque quisquam est huius Germaniae, qui se aut adisse ad initium eius silvae dicat, cum dierum iter LX processerit, aut, quo ex loco oriatur, acceperit: multaque in ea genera ferarum nasci constat, quae reliquis in locis visa non sint; ex quibus quae maxime differant ab ceteris et memoriae prodenda videantur haec sunt.

iter patet expedito	pro volného chodce
expeditus, a, um	pohodlný, volný
pateo, ere, ui,-	být otevřen, přístupný, volný
latitudo, inis, f.	širokost, rozlehlosť
aliter	jinak
finio, ire, ivi, itum	určovat, vyměřovat, stanovit
mensura, ae, f.	míra, měření, měřítka
recta regione	přímým směrem
hinc	odtud, odsud
flecto, ere, flexi, flexum	obrátit
sinistrorsus	nalevo, vlevo
diversus, a, um	odchylný, opačný, různý
procedo, ere, cessi, cessum	vycházet, pokročit, dojít

accipio, ere, cepi, ceptum
fera, ae, f. = ferus, i, m.
prodo, ere, prodidi, proditum

dozvědět se, poznat
divoké zvíře, zvěřina
vydávat, připomínat

[26] Est bos cervi figura, cuius a media fronte inter aures unum cornu exsistit excelsius magisque directum his, quae nobis nota sunt, cornibus: ab eius summo sicut palmae ramique late diffunduntur. Eadem est feminae marisque natura, eadem forma magnitudoque cornuum.

frons, ntis, f.
excelsus, a, um
directus, a, um
summus, a, um
sicut
palma, ae, f.
ramus, i, m.
latus, a, um
late
diffundo, ere, fudi, fusum
mas, aris, m.

čelo
vyvýšený, vysoký
přímý, rovný, kolmý
nejvyšší
jako
dlaň, ruka
větev, halus
široký, širý, rozsáhlý
do šírky
rozlévat, vylévat, rozkládat
samec

[27] Sunt item, quae appellantur alces. Harum est consimilis capris figura et varietas pellium, sed magnitudine paulo antecedunt mutilaeque sunt cornibus et crura sine nodis articulisque habent neque quietis causa procumbunt neque, si quo adflictae casu conciderunt, erigere sese aut sublevare possunt. His sunt arbores pro cubilibus: ad eas se applicant atque ita paulum modo reclinatae quietem capiunt. Quarum ex vestigiis cum est animadversum a venatoribus, quo se recipere consuerint, omnes eo loco aut ab radicibus subruunt aut accidentunt arbores, tantum ut summa species earum stantium relinquatur. Huc cum se consuetudine reclinaverunt, infirmas arbores pondere adfligunt atque una ipsae concidunt.

alces, is, f.
consimilis, e
capra, ae, f.
pellis, is, f.
antecedo, ere, cessi, cessum
mutilus, a, um
crus, cruris, n.
nodus, i, m.
articulus, i, m.
procumbo, ere, ui, utum
affictus, a, um
concido, ere, cidi, cisum
erigo, ere, eregi, erectum
sublevo, are, avi, atum
cibile, is, n.
appliko, are, ui, citum
modo
reclino, are, avi, atum
vestigium, ii, n.
venator, oris, m.
radix, icis, m.
subruo, ere, rui, utum
accido, ere, accidi, accisum
pondus, eris, n.
affligo, ere, flixi, flictum

los
zcela podobný
koza
kožešina, kožich
předstíhat, předbíhat, předčít
s tupými rohy, zkomolený
holeň, hnát, noha
kloub, koleno
ohbí, kloub
ulehnout, položit se, upadnout
rozbítý, porouchaný, po pádu poraněný, povalen
padnout, skáct se, zhroutit se, klesnout
zvednout se
postavit se
lůžko
opírat se
jen, pouze
ohýbat, naklonit, opírat
stopa
lovec
kořen
podrýt, podbourat
nařezat, nakousat, okousat
váha
povalit, zřítit se

[28] Tertium est genus eorum, qui uri appellantur. Hi sunt magnitudine paulo infra elephantes, specie et colore et figura tauri. Magna vis eorum est et magna velocitas, neque homini neque ferae quam conspexerunt parcunt. Hos studiose foveis captos interficiunt. Hoc se labore durant adulescentes atque hoc genere venationis exercent, et qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quae sint testimonio, magnam ferunt laudem. Sed adsuescere ad homines et mansuefieri ne parvuli quidem excepti possunt. Amplitudo cornuum et figura et species multum a nostrorum boum cornibus differt. Haec studiose conquisita ab labris argento circumcludunt atque in amplissimis epulis pro poculis utuntur.

urus, i, m.	zubr
infra	níž
taurus, i, m.	býk, vůl, tur
velocitas, atis, f.	rychlost
fera, ae, f. = ferus, i, m.	divoké zvíře, zvěřina
fovea, ae, f.	jáma
duro, are, avi, atum	otužovat, zesilovat
venatio, onis, f.	lov, hon
testimonium, ii, n.	svědectví, svědčení, důkaz
excipio, ere, cepi, captum	zachytit
amplitudo, inis, f.	velikost, velkolepost, důstojnost
conquiro, ere, sivi, situm	vyhledávat, shledat
labrum, i, n.	okraj
circumcludo, ere, cludi, clusum	obkládat, obložit
epulae, arum, f.	hostina
poculum, i, n.	číše, pohár